AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 17r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Explicit liber. primus. Incipit. ii.

QVANTVM.

Quod pro nobis hoc est pro pace catholica faciant
ea que tamquam ex auctoritate beati cy
priani adversum nos a parte donati proferuntur
et quantum sint adversus eos a quibus proferuntur. ad
iuuante domino demonstrare proposui. Si quis ergo
me respondendi necessitas. ea que
iam in aliis libris posui
rursus commemorare coegerit. quamquam id modice faciam.
his qui iam illa legerit. et tenent. onerosum esse non debet. quia et
ea que instructioni sunt necessaria sepius oportet insinuare
tardioribus. Et cum eadem multiplicitur uarieque uersantur atque
tractantur. ipsos quoque capaciori intelligentia preditos adiu
uant. et ad facilitatem sciendi. et ad copiam disserendi.
Noui et iam quemadmodum soleat contristare lectorem. cum ab eo
libro quem gerit in manibus. quando in aliquem nodum questionis
incidit. in alium mittitur. ubi eius solutionem requirat. quem forte
non habet. Quapropter quecumque in aliis libris iam diximus. si
necessitas presentium questionum breuiter iterare compulerit. ig
noscant scientes. ne offendentur nescientes. Satius est. ut
offeri habenti quam differre non habenti. Quid ergo isti dicunt. cum
ueritatis uiribus prefocantur. cui consentire nolunt. Cypriani
inquiunt cuius tantum meritum nouimus. tantamque doctrinam